



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1863

XIX. Otto, Markgraf von Brandenburg, schenkt Rehagen an das Kloster
Jericho, am 16. Juli 1266.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55861](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55861)

Huius igitur auctoritate mandati uos citamus, locum cathedralem ecclesiam in Huelberch et diem VI^a feria post octauam sancti Johannis baptiste uenientem in proximo prefigentes, super causa, que inter nos uertitur et dominum episcopum Caminensem. Et quod propter locorum distantiam sine magna difficultate et grauibz expensis sepius in unum non possumus conuenire, nec ad nos de facili pro citationibus optinendis potest haberi recursus, hunc terminum uobis peremptorium assignamus.

Eiſch, Medf. Urkunden III, 98.

**XIX. Otto, Markgraf von Brandenburg, ſchenkt Rehagen an das Kloſter Jericho,
am 16. Juli 1266.**

Otto, dei gracia Brandenburgensis marchio, vniuersis tam presentibus quam futuris, ad quos littere presentes peruenerint, Salutem et bonorum omnium Incrementum. Dignum esse conspicitur ac necessarium arbitratur, quod ea, que gerantur in tempore, ne cedant tempori, litterarum debent testimoniis perhennari. Recognoscimus igitur tenore presencium publice protestando, Quod nos de plenitudine consensu filiorum nostrorum dilectorum, villam Rehagen et aduocatiam cum viginti mansis et cum tribus adiacentibus mansis, qui dicuntur mansi Rehagen, conferimus liberaliter et donamus monasterio et Collegio siue Conuentui dominorum In Jericho ordinis Sancti augustini cum omnibus et singulis ad eandem villam pertinentibus tam in siluis, quam in campis vel vbiq;ue locorum sitis, pleno Jure, prout ad nos pertinebat, perpetuo possidendam, Exceptis tantum graminibus in puteo Jerichowe, que nobis et nostris specialiter referuamus. Huius itaque donationis nostre testes sunt albertus, prepositus de Stendal, Johannes de Roffowe, Item Geuehardus de aluenfleue, Conradus de osterborech, vlricus de Cruge, milites, et Johannes, notarius noster Et alii quam plures; ad maiorem autem premissorum euidentiam atque perpetuam firmitatem damus memorato Conuentui presens Instrumentum nostri et predictorum filiorum nostrorum Sigillis prouide communitum. Datum Smedesdorp, Anno domini millesimo ducentesimo sexagesimo sexto, XVII. Kalendas augusti.

Ans dem Copiarium No. 32, Jerichow p. 32, 33.